DE IOBILEO ET INDVLGENTIIS LIBRI TRES,

RECOLECTI EX REPETITIONE D. Io. Bap. Pauliani in C. cum ex eo *extra de Pœnit. & Remiſs.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

SANCTISS. D. N. IVLIO III.

Max. Pont et optimo. Io. Bap. Paulianus Vincentinus humilis ſeruus S. P. D.

QVOD a Deo optimo maximo omnibus meis uotis præcatus ſum, ut Chriſtiano populo, id eſt ſuis ouibus, eiuſmodi paſtorem atq; rectorem largiretur, qui & errantes reduceret, diſperſas congregaret, tutas ab iniurijs redderet, largiter deniq; paſceret, id mihi uideor Pater Beatiſſime planè conſequtus, cum te potiſſimum illius benignitate delectum uideo, qui hæc ipſa, et pro tua bonitate uelis omnia, & pro tua ſapientia poſſis. Quis enim te aut religioni, ſummiq; Dei honori magis deditus, aut uſu rerum & exercitatione maior, aut uirtute ac ſcientiarum præſidijs, præſertimq; legalium munitior? Quare facile poſſum intelligere, quantum diuinæ clementiæ chriſtianus populus debeat, qui hoc difficillimo tempore, cum maxime a chriſtiani nominis Romanæq; Eccleſiæ hoſtibus infeſtus reddi-

DE IOBILEO ET EIVS NOMINE, & ſubſtantia, deq; Anno Sancto eius, & in eo numerorum ratione, de virtute eius in lege antiqua et noua, de indulgentijs, et earũ ui ac poteſtate, tã pro uiuis q̃ defunctis in purgatorio, de auctoritate Papæ in dandis Indulgentijs,

De modis et conditionibus quibus quiſq; ſe aptũ reddere debet ad eas capeſſendas, de petenda vrbe Roma in Iobileo, deq; antiquis baſilicis, portis ſanctis, ſanctiſſimiſq; reliquijs, & monumentis, tum Chriſti tum Sanctorum, Libri Tres.

Auctore. D. Ioan. Baptiſta Pauliano Vincentino .I.V.D. Ius Can. in almo Vrbis Gymnaſio mane primo loco interpretante.

M. D. XLIX.

CVM tempus illud inſtet, iamq; ferè præſens ſit, quod à noſtris Hæbreorum more, cum magnum Sabbatum tum Annus Sanctus uocitatur, quo ut priſcis illis antiquæ legis temporibus, æris alieni, ciuiliumq; pœnarum remiſſio fiebat, ſic in noſtris hoc eſt gratiæ, multo præſtantius ac diuinius, animarum culpæ abolentur, peccataq; condo-

LIBER PRIMVS

De Iobilei nomine & ſubſtantia, Caput primum.

IOBILEVS igitur *(ut ab AEthimologia exordiar) a Tubarũ clangore nomen ſortiri uidetur, in* Hæbreorum *uoce ꝙ uniuerſo populo annũ hunc pronunciantes* Tubicines *clangerent: ut* Ioſuis *libro traditum eſt,*[a] *licet nonnulli arbitrantur a* Iobilatione *populi tam fœlicis anni aduentu gratulantis, (ut ſcribit* Albericius Annaius*q; : uel a* Iobel Hæbreorum *lingua, ideſt magnus* Dei, *ſilicet* Annus *hic: uel a* Iobal *(ut uerius quidem) quòd latinæ dimiſſio uel dimittens interpretatur:* In *tali namq;* Iobilei Anno *debitorum, obligationum, ſeruitutum, pœnarumq; plenam remiſſionem* Dei *populo fuiſſe legimus in* Leuiticorum *libro.*[b] *qua ex cauſa ut ſcribit* Iſidorus Papias*q; et uir doctiſſimus* Turcrematus *in expoſitione* Libri Decretorum, *nõ* Iubileum *ut* vulgo *dicitur ſed* Iobileũ *appellabimus, cum nõ a* Iubilo *latinæ linguæ, at hæbreæ a* Iobal *denominare debea-*

a cap.6.

b In §.item in c. Leuit.de.pen. dic.prima.

pag. 131. lin. 15. ibi electi. debet eſſe delicti.
pag. 132. lin. 14. ibi qui. debet eſſe q̃d.
pag. 137. lin. 13. ibi nec. debet eſſe ne.
pag. 148. lin. 16. ibi nouo. debet eſſe nono.
pag. 150. lin. 3. dematur &
pag. 151. lin. 20. ibi ille. addi debet Caim.
pag. 152. lin. 6. ibi qui. debet addi per, & ibi gratia. debet eſſe gratiam.
pag. 137. lin. 10. ibi ſclam. debet eſſe ſcalam.
pag. 174. lin. 18. ibi Theoſio. debet eſſe Theo-doſio.
pag. 175. lin. 12. ibi claſſia. debet eſſe claſſica.
pag. 176. lin. ibi decentur. lege decenter.
pag. 192. lin. 18. ibi prima. debet eſſe primo.
pag. 215. lin. 8. ibi operatum. lege operatam.
pag. 217. lin. 7. ibi tum. debet eſſe tam
pag. 225. lin. 2. ibi remoueri debet autem.
pag. 228. lin. 8. ibi templum. demi debet.

¶ *Romæ apud* Valerium, & Aloiſium Doricos *fratres.* Anno M. D. L.